

124

# AD HOME RI STVDIOSOS ADO- lescentes Abrahami Læscheri ele- gia, in qua summa librorum Homericorum continetur.

**Q**ui iuga Cyrrheæ properatis ad ardua rupis,  
Et petitis fausto templo canora gradu;  
Hic, ubi marmoræ uisuntur Apollinis arcæ,  
Stagnat et illimi Castalis uanda uado:  
Qui studijs animos, studijs qui fingerè mores  
Tendit, in uitium ne rude pectus eat:  
Quam nec multilater primos, nec turpiter annos  
Exigitis? quam uos ista palestra decet?  
Quos petitis fructus? quantos capietis honores?  
Cum premet emeritos curua senecta dies.  
Pergite, fert moram, primos tolerate labores,  
(Si labor est, Charitum mitia iussa sequi.)  
Pierios celebrate choros, assuescit Musis,  
Quamq; iubent, placidis paſibus ita uiam.  
Ne tamen ambiguis errent uestigia plantis,  
Et tardet dubios semita curua pedes:  
Dux aderit, seruate ducem, componite gressus,  
Dirèctum facili tramite carpet iter.  
Dicit Apollineas monſtrator Homerus in arcæ,  
Pieriasq; sacro lumine promit opes.  
Aonias penetrat sedes, imosq; recessus  
Musarum ſolida preditus arte ſubit.  
Ingreditur notos per amena cacumina calles,  
Et Parnassea uictor in arce ſedet.  
Huic uos equato comites adiungite cursu  
Scandite Parnassum, ductor Homerus erit.  
Natus erat, natum celebres Heliconis in undas  
Mergit, et hac leta uoce Thaleia ſonat:  
Viue Puer, meus es, ſacrae primordia ſuirpis  
Huc referas, ſupera nam genus arce trahis.  
Certet Posteritas, tantos ſibi uendicet ortus,  
Nil aget, ut taceat nescia, noſter eris.  
Viue, cruentati refert certamina Martis,  
Alta triumphatis gentibus arma canes.  
Precipites tumidi dices Agamemnonis iras  
Pelidesq; tuo carmine notus erit.  
Quoq; ruent Graij fremitu, qua mole cohortes  
Armabunt, per te quelibet ora ſciat.  
Præmia uirtutu ſtatues, qui digna peregit,  
Magnus erit, qui nil, laude carebit inope.  
Tydides uiuet, uiuet Telamonius Ajax,  
Et Teuero famam qui paret, arcus erit.

Oppreſſum refres nocturna cæde Dolonem,  
Stultus Achilleos dum ſibi ſpondet equos.  
Pelide grauibus bellator Opuntius armis  
Dum tegitur, celeri uictus ab hoſte cadet.  
Heitoris exequias, et uota ſuprema parentis,  
Aufeſtioq; canes pergama capta Deum.  
Hinc Laertiadæ reditum memorabis Ulyſſi,  
Magnanimi recitans trifia ſata uiri  
Is post Iliacos cineres, Troieq; ruinam  
Iſmarij primum ſinibus hoſpes erit.  
Errabit uictus nymbis, pelagoq; remenſo  
Vasta Cythereis aquora radet aquis.  
Accedet post hæc terram, que proxima ponto  
Lactenti dulcem cortice Loton alit.  
Nec mora, ſylvestri ſeuos Cyclopæ in antro  
Conueniet, duri nil ſtruet, antra petet.  
Hic intentatos niſi luſerit arte furores,  
Carniuoro absorptus gutture ſata feret.  
Liber ab ingluie, liber Cyclopis ab ira,  
Intrabit ſedes Aēole magne tuas.  
Hinc Leſtrigonios auſo ſuccedere portus  
Aufferet undenā hoſticia turba ratis.  
At transformatos Aeæa uenifica uultus  
Reſtitues, tanti uicta timore ducis.  
Sulphureum post hec phlegetonte ſubibit Ulyſſes,  
Et uifer Stygias trifia regna domos.  
Syrenum fallet cantus, ſuperabit in undis  
Instabiles crebro flamine Cyaneas.  
Quid memorem Scyllæq; canes, rabidamq; Charybdiæ,  
Que uelere ſubito uortice ſorbet aquas?  
Has etiam uinceat, quid non ſuperaret Ulyſſes?  
Eequid, prudentem quod remoretur, erit  
Ast ubi Trinacrias fuerit deuictus in oras,  
Phœbeas rapiet turba nefanda boues.  
Nec mora, nymboſo diſiectas turbine naues  
Hauriet infani uasta procella mari.  
Naugram reuua, rebus ſuccurre Calypſo,  
Naritio referez hoſpita teſta duci.  
Quicquid ages, quoq; cung; dabis, tamen ille uidetur  
Fumantes patriæ uelle uidere focos.  
Ut ſeptem maneat ſatis uolentibus annos,  
Ogygas tandem deferet ille domos.  
Exiguam faciet parua compage carinam,  
Latisonumq; petet nauem uolante ſalum.  
Hic quatiet ſeuum Neptunia dextra Tridentem  
Stridentesq; ſera nube mouebit aquas.  
Diſiliet puppis, precepſ uoluetur Ulyſſes,  
Lassabit tremulas per freta ſalſa manus,  
Sed fremat, et tristes Deus exardefat in iras.  
Motu procelloſo ſeuuat unda ſinu:  
Phœcum cultus Ithacus, licet eger, in oras  
Deueniet, uestes regia nata feret.  
Hoſpitium rex ipſe dabit, dabit ipſe carinam  
Ut tumidas fido remige fulget aquæ.

Et ſic Dulichios poſt bina decennia ſines,  
Sic patrios poterit letus inire lares.  
Nec tamen hic aberunt cure, ſeriesq; laborum  
Ceffabit, turpes cernet ad eſſe procos.  
Sed perimet, perimet, media proſternet in aula  
Agmina depoſito luxuriosa metu.  
Uxor honoratum cognocet amica maritum,  
Ore maritaliē teſtificata thorum.  
Laerites reduci gratabitur omnia nato.  
Palladiſ oblatæ que bene geſtit ope.  
Inde ſerent dignos per mutus gaudia plauſus.  
Libabunt charis oscula blanda genis.  
Hic ſinus rerum, patriaq; potitus Ulyſſes  
Offeret ethereis myſtica liba Deis.  
Hec tu chare puer, primoq; decentior auo  
Cantabis grandi, grandis et ipſe, ſono.  
Quoq; nitent per ſe, que per ſe culta probantur.  
Eloquio ſacieſ ſplendidiora tuo.  
Res uincet lingua grauitas lingueq; potenti  
Conueniet rerum tantus in orbe decor.  
Nil poterit liuor, cedet damnoſa ſimultaſ  
Occumbet propriis emula turbâ dolis.  
Solus eris, qui prima feras, Natura ſouebit  
Igenium, ſcriptis ſuggeret ipſa decus.  
Viue puer, meus es, magnumq; ad ſidera nomen  
Effer, et atatis tempora uince tue.  
Sic ait: et facili puerum complexa lacerto  
Mollia Pegaseis tempora tingit aquis.  
Spargit ad aſtantes fragrantia lilia cunas,  
Nectareoq; humiles complect odore casas.  
Quid tamen hec opus eſt, liuenes, preconia dici?  
Ipſe ſuas poſim monſtrat Homerus opes.  
Grandia quadrifidum uolitant monumenta per orbem.  
Hæc uatem nequeunt diſimulare ſuum.  
Hec alio quondam cum mitteret orbe Lycurgus,  
Accepit grata bellica Sparta manu.  
Sed non digeſtas ſinuosa uolumina chartas,  
Diſtinctos nondum tunc habuere libros.  
Quas poterant partes, et carmina ſparsa legebant,  
Sed ſparsis etiam uifus in eſſe nitor.  
Sepe quis historiam Paridis, raptumq; Lacene  
Legit, et historia quod decus, inquit habent?  
Ast ubi Cecropiam rexit Pisistratus urbem,  
Et tribus obtinuit ſceptra petita fugis:  
Ordine doctiloquum certo diuifit Homerum:  
Inclusiſq; ſuis ſingula facta libris.  
Coniunxit Troum longos, Donaūmq; labores,  
Estq; triumphatis Ilias orta uiris.  
Hinc ubi magnanimi reditum ſcereuit Ulyſſis,  
Hec Laertiadæ pagina, dixit, erit.  
Ergo age perpetuam capies Piſistrate laudem,  
Quam decuit curas hec quoq; cura tua?  
Gens Cadmea tibi meritos decreuit honores  
Acteoq; dedit ſigna locata foro.

Sed maior ſupererit merces et gloria facti  
Clariss eris, donec clarus Homerus erit.  
Vos etiam, liuenes, pulchrum retinet laborem.  
Quem ſibi prudentes impoſueri uiri.  
Discite Meonij numeroſa Poemata uatis,  
Discite, perpetuae premia laudis habent.  
Hic utinam ueroſe poſſem prodeſſe labori,  
Quam non Læſcheri languida Muſa fore?

τοῦ ἀντρὸς πρὸς τός φλέβαδα.

Δεῦτε, Ιοὺ ἐγοπόντες θυμῷ φιλοπευθεῖ μύθους  
λειψατε, αὐλωμάτω γνῶσις ἔνει λόγωμ.  
λεύσετε θεωεσίς πάμπολλα μαθήματ' αἰδίδε,  
παντοδεπῶν ἀχετῶν, ισοζῶντε γέμηδ  
ἐνδοκιμῷ σωτερῷ περιώμενοι, ἐνθύσιομιχρον  
ἐκλάβετε, ἐνεπίκι θάλλῳ ἀπειχεσίπ.  
πρῶτον δειπνόν πολυχανδέα δωματ' ὄλυμπος  
ἴδε θεῶν ὑμεῖς ἀλειφαῖσι μονίνου.  
ἔθορετη θαλερῷ, ἀχτίφρονας ἀνδρας ἐπαινῶμ.  
δοτιδανούστε τέλεωρ, ἀπίπτειδωσι κλέος.  
καὶ μετατάτα εἰς δῶρον γλυκύθυμον ὀπέσσων,  
ἐξερέδοσφίνεις ἐμπεδομίθυσόνδρο.  
καὶ θεὸν ἐπρεπέος ποιῆτε χειράκοντα κόσμον,  
χειροὶ γαρ οὐτοφυὲς ἐπλειτά πάντα θεό.  
σώματα δὲ διρανίης περικαλλέα φθέγγεται ἐδρας  
καὶ ταλέομ παρέχει σχήμασι πᾶσι φάσι.  
κελίτε οὐδόματος, Ιοὺ νυκτὶ ποροιο σελάνης  
φθέγγεται ἀλλοτρίης σώματα λαμπρὰ δολεῖδ  
γαῖαι ἐξευνητής μετρέδοις Ιοὺ πράστα γάικο.  
ἐκτοπίσας πολλοῖς σωματοῖς αἰδήγη.  
φοινίκας, κυπρόντε, Ιοὺ αιγυπτίας μολόντας,  
διθιόπωτες σαφῶς γνώσεαι ἔχατικη.  
ῶκεανδὲ δέρομ, Ιοὺ ἀπίσα κέλευθος λαλάσκε,  
Ιοὺ μέγεθος πολικης ἐπειρόμηρος ἀλόσ.  
πλεῖσα μὲν ἔυρε καλῶρειδης πραπίδεατο, ηδὲ αἰδέ  
καλλιορέ επορεῖται κοσμεῖ κατα λόγωμ.  
παντοδεπῶν τερψινήρε πέρισσοτε δροτοῖται,  
ἀσματα πολλὰ λιπώμ, ἀσματα θεῖα λιπώμ  
τοῦτορ ἐγὼ, πίσωστε φίλοισι. Οὐαὶ μύμονι τεχνῃ  
ποιουδὲζων, φρέσασω ῥίμασι βωμαῖκοισ.  
δεῦτον, δεῦτε νέοι, γιγνώσκετε θεορούμηρο.  
ασέρα μασάρωμ, Ιοὺ Χαρίτων χάριτα.  
ανδρῶν ἕρωων κοσμάτορε, φεγγος αἰοδης  
ἔξοχον, ἐπιλοκάμοις πιεζίδεατι φίλοι.  
αλλὰ φθόνη, Ιοὺ βασκανίσσειρον κέντρον ἀπέσω  
ταῖσ δὲδη μάστιχον φθόνος, αλλὰ πόνος.

